

Guilelmi Caoursin Rhodiorum Vicecancellarij oratoris precel-  
lentissimi magistri Rhodi: ad Summum pontificem Innocentium  
papam Octauium: oratio.



9. 28.

Christianitatem religio: pater beatissime: ut qui catholi-  
co charactere est insignitus: Romanum pontificem vniuer-  
salis ecclesie pastorem profiteat. Illud quippe a natura datum  
est: ut qui existentiā tucari velit: vnitatem amplexi maxime stu-  
deat. Rerum pfecto vniuersitas entis vnitatem appetit. Sues  
enim volatu suo vnu sequitur ducem. Apes dum mellificat: si-  
bi ductorem preponit. Formicæ cum prouident preeuntis vesti-  
gium sollicite seruant. Exercitus milites: imperatorem colunt  
vnu. Genera quæ generalissima vocitantur: in entitatem ser-  
tur. Recte sapiens ille philosophorum princeps Aristoteles ait:  
principatu pluritas mala: vnu sit princeps: a quo potestas:  
norma: disciplina fluit: manat: deriuat omnis. Quo effectum  
esse nō dubitarim: gentiles olim Romanos post expertum reipu-  
blicæ imperiū monarcham colere statuisse: in ecclesiastice monar-  
chie presagium quoddam. Optima itaq; rōne suasi orbis reges:  
potentatus: ac mortales vniuersi catholica fide imbuti: Roma-  
num pontificem: principum principem et monarcham colunt: a quo  
qui discesserit: ecclesiæ quidē vnitate abdicatus: tanq; scismati-  
cus intereat necesse est. Viximus horum vestigia inherens Rho-  
diorum precellentissimus magister Petrus Daubusson catho-  
licæ fidei cultor denotissimus: te Innocentium huius nois papam  
Octauium: verum: vnicum: indubitatum domini nostri Jesu Christi vica-  
rium: beati Petri apostolorum principis successorem: ecclesiæ catho-  
licæ pastorem: ac Romanum pontificem preficitur: colit: obseruat:  
tibi tanq; vero Christi vicario: puram obedientiam et illibata filie-  
stionem post pedum oscula beatoꝝ: genu flexo reverenter exhibe-  
bit. Ille ipse quidem generosissimus Rhodiorum magister: white  
ad summi pontificatus apicem evectum intellexit: incredibili affer-  
tus est letitia. Rhodiorum milites: ciues: incole: eo accepto nun-

cō congaudent. Libi quoq; q; tante dignitatis fastigii adi-  
 ptus es congratulan̄. Cōgratulationis enim grā: rōto v̄be li-  
 gnorū congerie passim incensa: plausu quidē alacriori accla-  
 mauere oēs: V̄iuat viuat viuat in eternū Innoc. octau? pont-  
 marinus. Nec ab re in tua certe diua persona virtutes locatas  
 intelligūt amplissimas. In agendo cōsulatione prudentiam.  
 In audiundi querelis humanitatem. In subleuandis egenis  
 munificentia. In disidentiū conciliandis animis peculiarem  
 grām. In dei cultu rectā fidem. In aduersis perferendis forti-  
 tudinem. In actis humanis temperantia. In discolis psequen-  
 dis severitatem. Deniq; in omni opere iusticiā:qua facile cete-  
 ros vincis. Sperat Rhodij Sanctissime pater sub tuo felici pō-  
 tificatu Turcoꝝ tyrannidem extinctū iri. Libi nāq; sacratissi-  
 mo pontifici Innocentio pī ssimo: noīe quidem r̄ re purissimo  
 buius victorię palma debetur. quippe qui pace frueris florida:  
 qui voluntate integerrima:qui potentia sublimiori:qui sapien-  
 tia eminentiori polles. Rerū quidem gerendarū vera materia:  
 r̄ fine quib? effectus sequit̄ nullus. Te quoq; suū p̄cipiū pro-  
 tectorē non īmerito autumant Rhodij. Sit igit̄ faustus tu?  
 pontificatus ac felix monarchia: sub qua Rhodioꝝ crux hostes  
 proterat. Crux Jerosolymoꝝ militum pontifer marime: signū  
 est illibatū: qd̄ quidem octaganū in gestantis pectore conspici-  
 tur. Cuius octo anguli obliqui acutiores: vñionib? perlucidis  
 ornati sunt: qui euangelicas octo br̄itudines figurat. In octa-  
 gono quoq; tetragonū locatum est: cuius quatuor anguli obli-  
 qui obtusiores gēmis preciosis sūt redimiti: quę cardinales vir-  
 tutes denotant. Enguloꝝ quidē obliquitas: crucis medio pun-  
 cto ducentib? lineis coherens rectificat: vbi pia mente crucifis-  
 tus descriptus imaginarie videt̄: cuius tres clavi lapillis can-  
 didissimis sunt insigniti: qui theologicas virtutes designant.  
 In ipsarū autē beatitudinū ac virtutū p̄claris acris: Rhodij  
 milites sese ab ordinis primeiā institutione feliciter exercent.  
 Victricia sunt hęc pontifer sapientissime crucis insignia: sub

111

quibus milites ipsi Turcoꝝ tyrannū: rege Mitridate potenti/  
orem: rege Creso ditiorem: Aerone crudeliorem propulsarunt.  
Pugnauit nō paucos annos victoriosum hoc crucis signū cum  
tyrāno crudelissimo. Et bellū post Cōstantinopolis erpugna/  
tionem gestum longe crudelius: longe periculosius: longe qui  
dem atrocius compertū est. Ad Cōitorum Aerentiam Hypocra/  
tis medicinę p̄ncipis incunabula: v̄bem quidē p̄clarā cum  
Turcis feliciter certatum. Ad Antimachiā eius insulę opidum  
Turcensi obſidione vallatū: Coij victores euasere: nominisq;  
inditi proprietatē locus aurit: contra pugnās recte interpreta/  
ti poteris. Sub idem ḥo tempus Turci Simis castellū oppu/  
gnauere. Opidani quoq; Aerei fortissimi quidē conciuis: ad  
Troiam (si Homero credimus) pugnantis: virtutē imitati:  
hostis īmanitatē perfregere. Posteriori aut tempore classis in/  
imica velox centum Lili insulam aggredit: quę fortiter defen/  
ditur. Sēpe quoq; Rhodię triremes Turcoꝝ rostratas naues  
et classem inuasere: pressere: vicere. Nec p̄terire libet atrocissi/  
mam illam oppugnationē: qua Carrarum Soldanus Rhodios  
iam dudū affecit. Ibi Egyptiū victi: cum ignominia et iactura  
proprias reuisunt sedes. Auper aut q̄b atror fuerit Rhodiorum  
Turcēsis obſidio: haud ignotū est. in qua magister athleta for/  
tissimus verus Machabeoꝝ imitator: inter confertissimos ho/  
stes dimicās: quinq; ercepit vulnera. suiq; cōmilitones sangu/  
nis alpersione maduerunt. Huius quidē percelebris victorię fa/  
ma totū peragrauit orbem: quam nulla oblitterabit vetustas.  
Eius pfecto repulſe ignominia affectus Maumethes Turco/  
rum princeps: Rhodios ter eretrans: damnatā euomit animā  
Cuius internitione respirauit Europa: nomēq; latinū. Aucto/  
re quidē deo oīa prouidente: felici recordatiois Sicto quar/  
to pontifice maximo suffragante: colendissimo patrū Senatu  
opitulante: strenuissimo Rhodioꝝ magistro dirigēte: equites  
Rhodię p fide catholica et sacra Ro-ecclesia militates: ea sunt  
feliciter perpetrati. Quid felicius: q̄b pro xp̄o sanguinē funde/

re? Quid fortius: q̄ hostem potentissimū vincere:pactoq; adi-  
gere? Quid præclarioris: q̄ tyrannū formidolosum conatib? ar-  
cere? Nec minus splendidū pater sancte subsecutū est. Monitu  
certe prudētissimi Rhodiorū magistri Petri Daubusson: Tur-  
corum princeps Baglazit: qui nūc imperat: classem in latiū pa-  
ratam:estate proxime decurſa: intra Helesponti fauces cōtinui-  
it: pridemq; astu prudētissimo: cum hoste fēdere percusso Alch-  
mat Basiam Idrontis expugnatorē: latio infenſissimū repenti-  
na nec rapuit: cuius mors haud pancoꝝ vita censetur. O diuī-  
na sapientia. O diuīna clementia. O diuīna pietas. nō definiſis  
indies prodire modos: quib? Ottomanidū extinguat familia.  
Crux est bēc felicis sanctissime pater: cui? stigmate insigniti: ad  
banc diem invicti pmansere. nec agrū: nec vicum: nec opidum:  
nec vrbem p̄didere. nec tyrāni tributo: sacrosancte sedis aplice  
adiuti p̄fidiis ingū submisere. Pro quibus grās ingentes ha-  
bemus. referrem? si facultas suppeditarit. Stat insignis vībū  
Rhodia: olim Romanis amica: ab antiquis miris celebrata p̄  
conijs: etate quidē nostra facinoribus illustrata clarissimis: ac  
sedis aplice deuotissima: permansurāq; in eū tuo quidē felici  
pontificatu auctore speramus. Studebis nō ambigimus sacra-  
tissime p̄fīl Turcoꝝ nephanda gentem pessundare. Nec par-  
uipendes Rhodiā vībū tutari: quē autos cineres recōditos  
possidet: genitoriq; ortū dedit. Dignabit̄ quoq; tua Sāctitas  
splēdīssimū Rhodiorū magistrū Petruꝝ Daubusson: virtutib?  
et claris gestis insignitū cōdigno fauore et grās p̄sequi. propensi-  
fiorq; erit tua Sanctitas in eum ordinē: qui fortia Turcis ob-  
iicit pectora. In quoꝝ perniciem: animū: corpus: fortunas: licet  
pertenes tuę pollicent̄ Sāctitati: rōuent: dedicat. Quę ut po-  
tens p̄ficere sit: deum suppliciter eroran?: vīres adaugeat: quib?  
bus hostis atrocissimū suecumbat: et p̄ diurna tempora tuam  
beatitudinē seruet incolorem.

Viri.

Habita in cōſistorio publico: quinta calendas Februarioſas En-  
no. Mcccc-lxxv. a nativitate.

Ine  
1285